

Enchlyta Universitas

Officia ad Dominationes Vestras cumulari perrecessi
est, cum novo animo meo cura, atq; sollicitudines in-
gerantur ex his, quae Apatholici Sagi Senti Marton-
Katarsiensis in maximam orthodoxae Religionis, et
Ecclesiae perniciem quotidie moliri non desinunt.
Firmam spem occurrendi presentibus, futurisq; malis
in Fide, et Pietate Enchlyta Universitatis repositam
habeo. Quandoquidem Apatholici in eodem Sago
degentes temerario ausu ad eorum exercitium publi-
cum, Ecclesiam, Scholam, Domumq; Parochialem,
et Ludi-Magistri novissime construxerunt, vineam,
Agrum, aliosq; annuos proventus Parochiae cathol.
ex defectu subtraxerunt, novum sibi eligere
presumentes. Tat, tantisq; damnis injustissime
nostris Catholicis diuturno tempore itatis, usq;
ab Annis 1419. sub die 14. Martij, et 1424. ij.
Januarij Augustissimus hester Imperator cum duo-
bus Regis Mandatis: quorum exempla hic ad-
necto: benignissime ad humillimas meas preces,
quas pro obtinendo Regie Protectionis brachio
potteperam, emanatis remedium contulit: Sed
nec his pensatis, immo illis postpositis cu-
mulatim conspirarunt, ut heresis exercitium
largius propagetur, Catholicus vero cultus ex-
tinguatur. Quae cum ita sint, perspicue In-
enchlyta Universitas videt, quam graviter presenti

in discrimine illi Orthodoxa Religio seruetur,
nisi in brachio forti eam fulciendam, tuendamque
suscipiant. Ut proinde statim Oratorium profanum
demoliri, Domos Praedicatoris, et Ludi-Magistri in
usum Parochi, ac Ludi-Magistri catholici applicari-
exercitiūque in istis introductum abolire. dictam
vineam, Agrum Parochi catholico restitui, ac demum
hunc in juribus Ecclesie, et Proventibus suis tam
circa solutionem concordatam, quam circa Molam juxta
Mandatum Regium manutenere non graveur, huma-
nissime, ac peramice requiro. Quae non tam pro salu-
tate illarum Animarum, quam pro ea, quae mihi incum-
bit, Religionis, Juriumque Ecclesiasticorum tutela in-
nuenda patuis, quam explicanda esse duxi. De
insigni virtute Analytae Universitatis, et perspecta
animi promptitudine in praestando auxilio contra
tam pernicaces humanarum, Divinarumque legum Con-
temptores plane confusus fore, ut ad reassumendum,
perficiendumque praedictarum hoc opus ad tenorem
etiam praenominati Regij Mandati validioribus
incitamentis eadem non indigeat. Quod ut feliciter
eveniat assiduis precibus Divinam Bonitatem
deprecari non omittem, dum a Deo Optimo Ma-
xime liberissimas felicitates cum diuturna in-
columitate ex animo precor, et manes. Datum
Vacij in curia mea Episcopali die 29. Mensis
Aprilis, Anno Domini 1701^{mo}

Analytae Universitatis

Ad servendum paratissimus
M. F. Card. ab Altham
Epus Vacienfis.